

**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,  
Sacræ Theologiæ Professoris, Et sanctæ Inquisitionis  
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtvtibvs,  
Et Vitiis Contrariis, In ...**

De Sacramentis. In qua Tractatibus decem de Sacramentis in genere, tum speciatim, videlicet de Baptismo, Confirmatione, Eucharistia spectata vt Sacramento, & vt sacrificio: de Pœnitentia, de Suffragiis, Indulgentiis, & Iubilo, de Bulla Cruciat, de Extrema-vnctione, & demum de Ordinis Sacramento ...

**Castro Palao, Fernando de  
Lugduni, 1669**

De aliis facultatibus, quæ in Bulla cruciatæ commissario conceduntur. 11

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76649](#)

Indulgencie fuerunt concessæ ad instantiam alieius Principis. Nam, si hæc indulgentia ad instantiam Superiorum Ordinum mendicantium concessæ sint, probabile tener Ioan. de Salaz. in Manuscr. in Cruci. qu. 25. post med. comparatione Religiosorum mendicantium non suspendi & fauent Rodriq. §. 12. n. 4. & Villal. clau. 12. n. 5. dicentes quod Mendicantes non suspendi Indulgencias, eorum Monasterii concessas pro eorum Ecclesiæ visitantibus.

Terio, suspenduntur, si quæ facultates sunt aliquibus Ecclesiis, monasteriis, vel singularibus personis celebrandi ante autoram, vel post meridiem, assistendi tempore interdicti diuinis, celebrandi, vel faciendi celebrare in Oratorio priuato, eligendi Confessorem quod peccatorum abolitionem, vel votorum communionem, &c. quia haec, ut pote omnino similis iis, quæ in Cruciatæ conceduntur, obstant maximè eius expeditioni. Verum haec omnia, quæ à Commisariis suspenduntur, iterum revalidantur sacerdientibus Bullam, ut constat ex Bullæ clausula: *Ne Bullam suscipientibus villa gratia desit.* vni tantum omnes Doctores. Hæc sunt certa.

8. Dubium tamen questionis est, an suspendantur potestates, quas Religiosi obtinent comparatione facultatum, absoluendi à referatur, & vota communandi: ita vt si nec Religiosus, nec facultatis Bullam habent, nequeant illa potestate vti? Affirmant suspendi Nauart. lib. 5. cons. 2. edit. de priu. conf. 16. n. 1. Ludouic. Lop. 2. p. in br. conf. vbi de clauibus. c. 2. col. 10. Rodriq. Cruciat. §. 12. n. 4. Mouentur ex clauibus Bullæ, qua Commisarius omnes Indulgencias, gratias, & facultates concessas Monasterii, Vnueritatis, & singularibus personis, suspendit, exceptis concessis Ordinum mendicantium Superioribus quod corum Fratres tantum: fed illa facultates absoluendi, & communandi vota sunt concessæ Monasteriis, ex quibus Religiosorum Ordo constitutus, atque sunt concessæ singularibus personis eorumdem Religiosorum autoritate apostolica. Ergo centenar suspensa. Et confirmari potest ex exceptione facta: illa enim exceptione contineri debet sub regula, atque adeò sub suspensione facta, sed excepti à suspensione facta Indulgencias, & facultates absoluendi, dispensandi, & communitati concessas Superioribus Ordinum mendicantium quod corum Fratres. Ergo relinquentur suspensione quod facultates. Deinde Pontifex specialiter fauere voluit Religiosis mendicantibus: siquidem eos excipi à suspensione generali facta. At, si facultates, & Indulgencias Religionibus concessæ non suspenduntur, qui fauor sit Mendicantibus: quandoquidem non Mendicantes Indulgencias, & facultates sibi concessas retinent?

9. At tenendum est, nequamquam suspendi prædictas facultates: quippe non sunt concessæ vni, vel alteri Monasterio, sed toti Religioni in commune fidelium bonum. Bulla autem solit videtur suspendere, que singularibus Monasteriis, Vniveritatis, pili locis, & singularibus perlornis, quæ tales sunt, conceduntur. Ergo prædictas facultates non suspendit. Atque ita docent expreße Emmanuel mutatis sententiam additio[n]ib[us] ad Cruci. §. 12. n. 4. & qq. regul. f. 1. q. 61. art. 14. Henr. lib. 6. d[icit] penit. c. 16. n. 7. & lib. 7. de Indulg. c. 28. n. 7. & in comm. lit. Z. Sanch. l. 4. sum. c. 1. in fin. Cillal. claus. 12. n. 4.

10. Neque obstat contrarium fundamentum: negandum enim est, excipi à suspensione Indulgencias, & facultates absoluendi, & dispensandi concessas Religiosis ratione status: quia haec potestates, tam mendicantibus Religionibus, quam aliis non mendicantibus competentes sub suspensione generali comprehendere non erant, ut pote que in bonum communione Ecclesiæ sunt concessæ, & putes ex illis iure approbata. Ille ergo facultates, & non alia, conferi debent suspensione, quæ singularibus Monasteriis, vel perlornis particularibus concessæ sunt, ut vero, quæ toti Religioni conceduntur, & singularibus perlornis, non quæ tales, sed, quatenus illius Religionis membra perfitunt. Neque inde infertur, non fieri speciali præiugium Mendicantibus in illa exceptione: fit utique: quia ex vi illius exceptionis non suspenduntur Mendicantibus Indulgencias, facultates, & gratiae concessæ singularibus Monasteriis ad instantiam suorum Superiorum, que tamen non Mendicantibus suspenduntur.

11. Ex dictis colligitur, non suspendi potestatem, quam habent plures Religiosi suspendendi generale interdictum in suis Ecclesiæ pro aliquibus Festiuitatibus: quia haec potestas non singulari Conuentui, sed toti Ordini est attributa, quæ in prædicta suspensione generali non concinuntur: & tradit. expreße Villal. tract. 22. Bullæ, claus. 12. n. 8. Secundò, colliguntur Indulgencia illas, quæ non alicui Monasterio, vel loco p[ro]p[ri]o, seu imaginè annexantur, sed omnibus Religiosis, quæ tales sunt, conceduntur, suspensione prædicta non comprehendenda, atque adeò tam Mendicantes, quam non Mendicantes eas obtinere posse: quia haec directe statui religioso conceduntur, & inde ad singulos Religiosos deriuantur, ex Sanch. & Villal. lsc. alleg. Tertiò, si solas cas facultates, & gratias, ac indulgencias prædictæ Bullæ clauilia suspendi, que Monasteriis singularibus, vel pili locis fuerint concessæ. Has ergo, secula

bullæ, non poterunt Religiosi non mendicantes obtinere: at mendicantes eas obtinere poterunt, quia Superioribus suis, id est, ad corum instantiam fuerunt concessæ: sed Bulla excipit, quæ concessæ fuerint Superioribus Ordinum mendicantium quod corum Fratres. Quod si non mendicantes communicationem habent in priuilegiis cum mendicantibus, eadem Indulgencias, & facultates poterunt obtinere, sicuti vi probable, defendit Villalob. claus. 12. n. 11. aduersus Rodriq. §. 11. n. 15. Neque inde licet colligere exceptionem mendicantium esse inutilem, quandoquidem non mendicantes etiam excipiuntur: qui non excipiuntur per se, sed per accidens ex priuilegio communicationis distincto: quod forte non omibus non mendicantibus competit. Quæ dicta sunt de Religiosis, intelligi debent de monialibus quæ verè Religiosæ sunt, ut bene notauit Rodriq. §. 12. n. 9. Villal. claus. 12. n. 11.

12. Duo existim certa. Primum, Novitios, sicut & reliquos Religiosos priuilegiis Religioni concessis gaudere, & in predicta suspensione exceptione comprehendendi, sicut docuerunt Rodri. d. §. 12. n. 6. Villal. claus. 12. n. 11. Nam esto, spatio verborum rigore Religiosi non sunt, sunt tamen secundum communem modum loquendi, qui maximè in favorabilibus attendi debet: c. Ex literis, el. 1. de spens. & leg. Liberas. §. Quod autem Cassy. ff. de leg. 3. & tradit. Nauar. c. 27. m. 255. Rebuff. præb. benef. it. de dispens. cum regul. pag. 422.

13. Secundum est, si Religiosus, vel facultatis Bullam suscipiat, ab illo profixa dubitatione gaudere poterit potestate abluendæ, & dispensandi Religiosi concessaque, sumpta Bulla, omnia priuilegia revalidantur: neque opus est, ut vterque Religiosus, & facultatis Bullam sumane: tatis esse videtur, si vnu ex illis suscipiat, & maximè Religiosus: nam ipsi priuilegio revalidato, consequenter facultati revalidatur, ut possit illo vti.

## P Y N C T V M XI.

De aliis facultatibus, quæ in Bulla Cruciatæ Commissario conceduntur.

- Conceditur facultas taxandi elemosynam, quam sumentes Bullam debent erogare.
  - Conceditur facultas componendi super fructus amissos ob missam Horarum recitationem.
  - De potestate dispensandi in irregularitate.
  - Prodebet hæc potestas, tam pro foro conscientia, quam extenu.
  - Commissarius omnes irregularitates dispensat.
  - Quatuor tamen excipiuntur.
  - Datur facultas Commissario dispensandi in impedimento affinitatis ex fornicatione.
  - Sub quibus conditionibus hæc potestas concedatur.
  - Deinde habet potestatem Commissarius dispensandi insuperueniente dicto impedimento, ut debitum coniux impeditu petat.
  - Extenditur aliqui hanc potestatem ad impedimentum cognationis spiritualis. Sed rectius alij negant.
  - Nobilibus potest Commissarius concedere, ut per horam ante lucem, & post meridiem celebrent, vel celebrati faciant.
  - De obligatione quam habent omnes Episcopi, applicandis pœnas in subdium Cruciatæ.
1. **V**ltra facultatem superiori puncto explicatam suspensioni, & revalidanti Indulgencias, gratias, & facultates, conceditur Commissatio potestas taxandi elemosynam, quam erogare debent Bullam suscipientes, ut illis profite, ut constat ex verbis Bullæ ibi: *Y por quanto vos N. dignos reales de plata, que es la limosna, que auemos rafado y declarado, &c.*
2. Secundò, darur facultas eidem Commissario componenti cum his, qui ad restituitionem fructuum ex omissione Horarum canonistarum reveruntur, ita vt quantitas compositionis pro medicante Ecclesiæ, vel aliis locis p[ro]pt[er]is, quarum vel quorum ratione Horas prædictas recitare debent, & pro altera medietate in subventionem huius negotij derut. De qua facultate qualiter intelligatur, puncto vbi. vbi de Bulla compositionis agendum est.
3. Tertiò, similiter conceditur facultas dicto Commissario dispensandi, & componenti super irregularitate cum his, qui quibuscumque ecclesiasticis cenfusis ligari Millas, & diuina Officia (non tamen in contemptum clauium) celebrantur, seu alia se immiseruerunt, & super alia illis qualib[et] integraliter præterquam ratione homicidij voluntarij, aut simoniaci, ut apostolice à fide, aut de heresi, vel proprie malam Ordinum suscepionem contractam, cum retensione beneficiorum, & fructuum ex eis percepcionem, & infamie, aut inhabilitatis exinde prouenientis abolitione, & executione Ordinum non male suscepitorum.

4. Circa

4. Circa quam potestatem aduerte, concedi, tam pro foro conscientia, quam externo, & iudiciali: cum enim sit concessa alias iurisdictionem habentis absque villa limitatione fori interius, sicut sit Episcopis in Trid. *seff. 24. c. 6.* & ipsius Commissario in potestate dispensandi cum his, qui impedimento affinitatis ligati bona fide contraxerunt, facendum est pro virtoque foro prodeesse posse, ut bene notauit Henr. *lib. 7. de Indulg. c. 13. num. 5.* *Rodrig. in addit. ad Cruciat. §. 13. n. 1.* *Didac. Nuño in exposit. Bull. §. vlt. Villalob. claus. 13. n. 6.* *Acosta. c. 9. 97. Auct. 7. p. de cens. disp. 10. dub. 5. concl. 2. & 3.*

5. Irregularitates autem, in quibus Commissarius dispensare potest, sunt omnes, & solae, quæ ex delicto proueniunt, quatuor exceptis, vti notauit Rod. Nuño, Villal. loc. alleg. & colliguntur aperite ex illo verbo, *super alia qualibet irregularitate: verbum enim aliud, quod relatinum est, præcedens est, quæ sitat refert, ut constat ex leg. Si fugitiui. ibi. alia pona. C. de ferri fugitiui iancti Gloss. fin. quæ ait, alia pona, scilicet, similis et docet Anton. Gab. t. 1. comm. verb. Alina Menoch. lib. 1. de abit. g. 8. n. 12.* Sed irregularitas præcedens, pro qua datur potestis Commissario dispensandi, prouenit ex delicto: ergo de irregularitate ex delicto intelligi debet verbum illud, *alia qualibet irregularitate.* Idemque confirmatur potest ex exceptione, que immedietate subsequitur, sub qua nulla irregularitas comprehenditur, quæ non sit ex delicto. Atque ita docent Nuño, Villal. Rod. *Sup. Vnde colliges, non posse Commissarium in irregularitate ex defectu natalium, ex homicidio auctoritate publica facto, in bigamia propria, vel interpretativa dispensare, quia haec irregularitates non in penam aliquius delicti sed ob indecentiam, & perfectam significationis defectum impunitor, benè tamen potest dispensare in irregularitate similitudinaria; quia haec ex delicto proueniunt. Sic Henr. lib. 7. n. 1. & n. 5. Auct. 7. p. de censur. disp. 8. dub. 4. concl. 6. Rodt. in additionib. §. 13. n. 3. & 6. Villal. claus. 13. n. 7. & 8.*

6. Excipiuntur quatuor irregularitates à potestate Commissarii. Prima, ex homicidio voluntario, sub qua comprehensio debet irregularitas proueniens ex voluntaria mutilatione, aut ex homicidio casuali; quia sunt distinctæ: & exceptio, quæ odiosa sit, restringi debet, non ampliari. Atque ita docent Rodriguez, in additionib. §. 13. n. 6. Villalob. claus. 13. n. 7. Secunda, quæ proueniunt ex simonia. Tertia, quæ proueniunt ex apostolica fide, seu hæresi: quia pluribus Doctoribus placet, simoniacos in Ordine, & Hæreticos esse irregulares. Sed alij censent, simoniacos in Ordine ab vno Ordinum tantum suscepimus esse: Hæreticum vero, si publicus sit, & notorius, esse irregulare: scilicet si sit occulus. Quarta irregularitas excepta, proueniens ex malo Ordinum susceptione, eò quod Ordinem latius suscepit.

His ergo quatuor irregularitatibus exclusis, omnes aliae sub potestate Commissarii comprehenduntur, in quibus sic dispensare Commissarius potest, vt si forte beneficium aliquod, hanc irregularitate, receptum sit, possit ad illud habilitare, & finitus inde percepto concedere, vti colliguntur ex illis verbis: *Cum retentione beneficiorum, & fructuum ex eis præceptum, & infamie, ac inhabilitatis exinde proueniens abolitione.* Etiam, cùm irregularitas beneficio suscepit aduenientem non priuet beneficio, neque ad illud retinendum reddat irregulariter inhabilem, potestis dispensandi in retentione beneficiorum, & illorum inhabilitate, non de beneficiis ante irregularitatem suscepitis; sed de beneficiis post irregularitatem suscepitis intelligi debet, sicuti bene aduertit Rodriguez, in addit. §. 13. n. 5. Villalob. claus. 13. n. 10.

7. Quarto, datur facultas dispensandi, nullis datis literis, seu per Confessorem laniatis, cum his, qui primo, & secundo affinitatis ex fornitione contractæ gradibus coniuncti matrimonium contraxerunt, dummodo si post Concil. Trid. ipsius formam seruauerunt, ac impedimenta huiusmodi penitus occulti sunt, & altero contrahentium tempore contracti matrimonii impedimenti ignorari extiterit, & altero ita prædictum impedimentum ignorante de nullitate prioris cōsensus pritis certificato, tacitaque, si videbitur ad uitanda scandala, causa nullitatis, matrimonium inter se etiam secretæ de novo contrahere possit in foro conscientia duxat, ad uitanda scandala, dispensandum iudicauerint, dispensare, prælēquamque suscepimus, & suscipiendam legitimam decernere.

8. Pro iurius potestatis explicatione suppono ex Trident. *seff. 24. cap. 4.* affinitatem contractam ex copula illicita in primō, & secundo gradu esse impedimentum dirimens matrimonij contrahendi. Igitur, si aliqui hoc impedimento ligati contrahent, datur Commissario facultas in foro conscientia duxat, ad uitanda scandala in prædicto impedimento dispensandi, & media dispensatione, & matrimonij noua celebratio, & non alias prolem suscepimus, & suscipiendam legitimam decernemus, vt aduertunt Sanchez lib. 8. de matr. disp. 6. num. 2. Nuño §. vlt. in exposit. Cruciat. Villal. claus. 13. n. 12. & 13. Hac autem potestas conceditur Commissario quatuor concurrentibus conditionibus. Prima, vt matrimonium sit celebratum iuxta formam Trident. *seff. 24. cap. 1.* scilicet, coram Parochio, & testibus, & præmissis denunciationibus, nisi

forte in eis fuerit per Ordinarium dispensatum. Secunda, vt impedimentum illud sit occultum, hoc est, non publicum, neque ad forum contentiosum deductum, tametsi probable sit, & ab aliquibus cognitum; quia, dum à maiore parte Collegij, vel vicinia ignoratur, occultum esse censetur ad hunc effectum, ut bene Nauarr. cap. 27. n. 254. Sanch. lib. 8. disp. 54. n. 55. Villalob. claus. 13. n. 15. Tertia, vt bona fides aduerit, sicut ex parte vnius contrahentis ignorantis impedimentum, tempore, quo matrimonium celebratum est. Quarta, vt coniux, qui ignorauit impedimentum, certior fiat de prioris consensu nullitate. Non tamen est opus declarare nullitatis causam, sed eo ipso, quo dicat alteri coniugi se tempore contracti matrimonij non habuisse consenserum liberum, & legitimum, quæ necessarius est ad matrimonium contrahendum, velleque denouo ob securitatem suæ conscientiæ contrahere; satis hoc dicto de prioris consensu nullitate certiorum coniugem reddit, vt notauit Villalob. *claus. 13. n. 18.*

Sob prædictis conditionibus, & non alter dispensabit Commissarius, quæ dispensationem cōcedet absque expeditione litterarum, vti si placuerit litteras expedire, id faciet suppeditis dispensandorum nominibus, & per Confessorem concilia dispensatione litteris dilaniatis, vti vnu est sacre Positivitatis, & cauetur in prædicta facultate. Coniuges vero obtenta dispensatione iterum inter se abique Parochio, & testibus contraheantur. Nam, esto grauis sit difficultas, an reualidatio matrimonij, quod nullum est, fieri debeat coram Parochio, & testibus, in calu præfenti locum non haber, cum expreſe Pontifex declarauerit ad contractus prædicti reualidationem sufficere verius coniugis lectorum, & occultum consensum, sicut aduertit Villalob. *d. claus. 13. Balle. n. 19.*

9. Quinto, conceditur Commissario facultas dispensandi in superueniente simili affinitatis impedimento post matrimonium contractum, vt debitum petere possit, qui eo impedimento ligatus erat: etenim affinitas ex fornicatione contracta, quæ antecedens matrimonium illud dirimit, matrimonio superueniens petitionem debiti impedit, vt probat textus in cap. 1. de eo, qui cognovit confanguin. vxor. Hoc igitur impedimentum potest Commissarius tollere, sicut etiam potest Episcopus, & Superiores Ordinum mendicantium, vt dicemus tract. de marri. & videxi potest Sanch. lib. 8. disp. 15. n. 13. Man. Rodriguez. t. tom. sum. edit. c. 24. n. 12. & in addit. ad Cruciat. §. 13. n. 17. Villalob. ibi. claus. 13. n. 20.

10. Extendit autem Rodriguez dicto §. 13. n. 17. & Villalob. n. 21. hanc Commissarii facultatem ad impedimentum cognationis spiritualis: tum, quia est quidam incestus: tum, quia est leuius impedimentum, & cui conceditur maius, & minus censor debet concelebrum, ex reg. *Cui licet de reg. iuris. in 6.* præcipue cùm hæc Commissarii potestas late sit interpretanda, vt pro fauoribus, & in nullius prædictum cedens. Sed rectius Sanch. d. disp. 15. n. 13. negat prædictam facultatem extendi. Tum, quia fornicatio, cum spirituali cognata, non incestus, sed sacrilegium est: eto, incestus efficit facultas dispensandi, non pro quolibet incestu facta est: sed pro impedimento proueniente ex incestu in primo, & secundo gradu: at impedimentum cognationis spiritualis omnino diuersum est: ergo ad illud prædicta facultas extendi non potest: quippe facultas quantumvis late interpretanda sit, extendi non debet ad calum sub lata verborum forma non comprehensum.

11. Sexto, Commissario facultas conceditur pro personis nobilibus, & qui iuxta ipsum Commissarii arbitrium qualificati fuerint, vt Miles per horam ante lucem, & post meridiem audire, & celebrare facere valeant, indulgere possit. In hac concessione nihil speciale notandum occurrit, præter ea, quæ dixi tract. de sacrific. punct. 7. à n. 12. Solùm aduerto, non permitte Commissario hanc dispensationem quibuscumque concedere; sed nobilibus, & qui iuxta eius arbitrium qualificati sunt. Nobilis autem est, qui iure communis vel statuto, vel confutitudine patriæ nobilis creditur, vt dixi Menoch. lib. 2. de arbitrar. casu 67. & pluribus tradit Tiraquel. de nobilit. à c. 3. & seqq. Qualificati vero, qui aliqua qualitate generis, vel officij illustris insigniti est, id est que illistris, seu egregius vir dici poterit, de quo lacet Menoch. casu. 68. & 70.

12. Ad extremum aduerto, præcepit esse à Sede apostolica, & à Commissario promulgatum, vt omnes Episcopi in his Hispaniarum regnis, eisque ministri, seu Officiales, aliquæ Prælati ecclesiastici inferiores omnes poenas pecuniarias applicent in subdium huius sanctæ expeditionis. Quod si non fecerint, ultra peccatum commissum applicatio sibi, vel alteri facta nulla est, vt cauetur in prædicta Bulla; & notauit Rodriguez in addit. ad Cruciat. §. 13. in fine. Acosta queff. 89. Villal. claus. 13. n. 23. Neque video, quo titulo ab hoc præcepto, & obligatione ratione confusa excusat possit, nisi forte ob recepcionem consuetudinem contrariam, etiam stante Bullæ publicatione. A qua tamen applicatione excipiunt Acosta, & Villalob. sup. partem accusatori, scilicet, fiscalis competenter ex presumpta voluntate Pontificis, vt ad accusationem faciendam & delictorum punitionem procurandam moveatur, Quinimò illa pars, quæ accusatori applicatur, quodammodo

ab ipso condemnando debita est ante condemnationem, lege  
se disponente, & applicante.

## P V N C T V M XII.

## De Bulla Cruciatæ pro defunctis concessa,

1. Statuitur concessio.
2. Non eß opus, re esse in gratia, ut obtinere defunctis Indul-  
geniam possit.
3. Sumpta una Bulla, an expeditias alias sumere. Proponitur  
ratio dubitandi.
4. Certum eß expedire.

1. Pontifex ex thesauro satisfactionum Christi, & Sanctorum  
rum non solum viuis fidelibus fauores impedit, sed  
etiam defunctis, id est que plenissimam Indulgentiam concedit  
defuncto, in cuius gratiam virtus erogata eleemosyna Bullam  
sumperit, ut constat ex tenore Bullæ, qui se habet. Nave-  
stro muy santo Padre Paulo V. de felice recordacione concedio ple-  
nissima Indulgentia, y la mando publicar nuestro muy santo Pa-  
dre Urbano VIII. con que podemas sacar las animas de los que  
acquiescimos bien de aquellas penas del Purgatorio, y poner las en  
la gloria, dando por esta Bulla para la defensa de la Iglesia, y  
rescate de nuestros difuntos, y en acrecentamiento de nuestros  
meritos, la limosna tasada por vos N. Commissario apostolico ge-  
neral de la Santa Cruzada. Y por quanto vos N. disteis dos rea-  
los de plata, eo favor del anima de N. y recibileis en vos esta  
Bulla le es otorgada la Indulgencia sobredicha.

2. Quia haec concessio aliquam possent difficultatem  
ingerere, superiori tract. de suffrag. & Indulgenc. praepuc pan.  
1. & vlt. enodata sunt: ibi enim explicimus, qualiter operari  
debeatis, ut indulgentia defunctis concessa prodeat possit.  
Nam, esto, non defunt Doctores, Cardini, Clement. 2. de pan-  
tient. & rem iff. Angel. verbo, Indulgenc. num. 21. qui censem, opus eß, ut in gratia existas, cum opus in iunctum ad obti-  
nendam defuncto indulgentiam exequoris: quia nequis esse  
poterit ad obtinendum beneficium alteri, quam tibi ipsi,  
ad obtinendam autem tibi indulgentiam necessariò requiri-  
tur gratia: ergo etiam erit requista pro obtinenda defuncto.  
Communis tamens sententia docet, ut videre est in Naue-  
de libublo, nota b. 17. n. 4. & nota b. 32. n. 3. Cordub. de Indulgenc.  
q. 17. & 26. Suar. tom. 4. de pantient. & suffrag. disp. 2. sect. 4.  
n. 6. Rodriguez ad Bullam, §. 8. n. 13. Acofta. q. 21. Villalob. 1. p. sum.  
tratt. 28. n. 3. necessarium non eß, te in gratia, cum Bullam  
pro defuncto sumperis, ut ei profit. Non enim tu sumens  
Bullam pro defuncto ei satisfactionem concedis, qua pan  
debita remittantur, sed solum apponis conditionem quan-  
dam piam, & religiosam, qua posita Pontifex ex thesauro fa-  
tisfactionum Christi, & Sanctorum sufficientem solutionem  
exhibet pro penis ab illo defuncto debitum. At eam conditio-  
nem sumendi Bullam satis præstare potes, tametsi in peccato  
existas: ergo statu gratia tibi requiritur non eß, ut Bulla à te  
sumpta defuncto profit.

3. Sed, an sumpta una Bulla expeditias alias pro eodem de-  
functo sumere, aliqui dubitarunt, ut videatur iudicari  
Indulgentia concessione veram non esse: nam, si vera eß  
concessio, cum ex parte defuncti in Purgatorio existentis nullum  
sit impedimentum, quin ei integrè indulgentia applice-  
tur, efficitur statim in eäcum euolate, ac proinde inutiliter in  
eius fauorem nouam Indulgentiam applicari.

4. Nihilominus omnino tenendum eß, plures pro uno de-  
functo Bullas sumi posse, & expedire, ut bene notauit Gab.  
in canon. lett. 57. Nauarr. de indulgent. nota. 22. n. 50. Acofta in  
explicat. Cruciatæ. q. 22. Nuñio in presenti. §. vlt. circa finem. Vil-  
lalob. dicto tratt. 29. n. 5. Ratio est manifesta etenim indulgen-  
tia valor maxime pender ex cauila finali, & moria concessio-  
nis: contingit enim aliquando concedi indulgentiam ple-  
nariam ex cauila, quæ solum erat sufficiens pro remissione ter-  
tia partis peccatorum concedenda: & quis scit, an in presenti  
sic contingat? Quare eo casu manifestum eß, expedire non  
solum unam, sed plures Bullas sumere, ut multiplicata remis-  
sione illius tertia partis plena remissio obincere. Item, certum  
non eß, sed sub opinione possum, an indulgentia applicata pro defunctis infallibilem effectum habeat, neque etiam  
est indubitatum, an status gratia in exequente opus iunctum  
requiratur. Itemque nemini confare potest, an opera ad  
indulgentia applicationem requisita exequatur, prout Ponti-  
fex intendit, & necessarium eß ad indulgentia valorem, sal-  
tem integrum. Denique fieri potest, etiam te ignorarem, ut  
eleemosyna pro Bulla erogata ex alias debitibus sit, vel Questio-  
rem alienam dedisti Bullam, effoque illius raporem, & simula-  
torem, neque proprium Cruciatæ ministrum. Quæ omnia  
abunde probant expedire, plures Bullas pro uno defuncto su-  
mi, ut quoad fieri possit prædicta inconvenientia vitetur.

## P V N C T V M Vlt.

De Bulla Cruciatæ, quæ vocatur Com-  
positionis.

S Vmmus Pontifex concedit omnibus Christi fidelibus, cu-  
siuscunque status, conditionis, Ordinis, vel Religionis, sue  
Ecclesiastici sint, sue sæculares, etiamque sint ex Ordinibus  
mendicantibus, qui in huiusmodi Hispaniam regni ali-  
stunt, vel ad ea quomodo liber declinauerint, ut erogatis duos  
duorum argenteis in subsidium belli contra infideles, quantitas  
duorum millium marapericorum, infra, de debitis incertis re-  
mittatur, obincereque possint remissionem visque ad quanti-  
tatem debitum centum millium marapericorum: sed ultra ne-  
queant, nisi ex beneplacito Commissarii generalis, ex eius ta-  
men consensu, & voluntate optimè possint. Debita autem de-  
bent esse contraria absque fiducia huius remissionis, alias huius  
Indulgentiae non erit locus. Quæ omnia expresse habentur in  
prædicta Bulla.

## I.

Qualiter debitorum incertorum, virtute huius  
concessionis, hat remissio.

1. Nulla de debitis certis sit remissio.
2. Quid, si creditor ita absens eß, ut nequeat debitum ei redi-  
di? Verius est locum esse remissione.
3. An sit licita, & valida hac remissio.
4. Resolutur, esse validam, & licitam.
5. Nullus alius, præter Pontificem, sicut cius lege, hanc remi-  
ssione facere potest; focus ea legi clausa.
6. Plures censem, comparante creditore, ut esse obligatum, res-  
iduum restituere, neque prodeat remissionem, nisi dum un  
comparat.
7. Oppositum probabilitate non caret.
8. Solvitur fundamentum oppositum: & ibi, an pro sit remissio  
pro foro judiciali.
9. Quid discendum, si iudex te condemnet ad solvendum.

1. **N**illa de debitis certis, hoc eß, certior creditoris debitis,  
quamque ipsi restituere possunt, virtute huius bullæ sit  
remissio: quippe haec cum dominum agnoscant, non vuln. Por-  
tificis vlli operi, quantumvis pio, contra cius voluntatem ap-  
plicare: ergo sit de debitis, quorum creditor non compareat.

2. Quid si creditor compareat, at ita absens eß, ut nequeat  
debitum illi perfolueret, neque speras breui tempore polle, ob  
cuius causam excusat à restituitione facienda, eti. Sotus in 4.  
dift. 21. q. 2. art. 4. & lib. 4. de iustit. q. 7. art. 1. existimet compa-  
sitioni locum non esse: quia absoluere, & simpliciter non est de  
bitum iunctum, sed certum, & bullæ remissione debitorum  
incertorum concedit. At rectius Couartu. in regul. 5. p. 5. 1. Rodriguez in presenti, dub. 2. Villalob. n. 12. Acofta.  
q. 95. oppositionem: quia ea causa illud debitorum humano,  
& morali modo reputatur incertum, eò quod domino reddi  
non potest. Dominio enim perinde est carere debito, quia abs-  
fens, vel quia debitori est ignotus, si neque ex absentiâ, agno-  
ranti excusat debitor a restituitione illi facienda.

3. Duplex tamen eß in hac compositione difficultas. Prima,  
an licita, & valida sit, ita ut virtute illius excusat à debiti  
integra solutio, saltem dum creditor non compareat: Non  
deseruent, qui autem sunt affirmare, illicite, & inutiliter han-  
tationem concedi. Sic videtur sentire Bannes 2. 2. q. 62. art. 1.  
dub. 8. Dominic. Sotus in 4. dift. 21. q. 2. art. 4. Mouentur: quia  
haec remissio sit in prædictum pauperum, quibus illa relatu-  
tio facienda erat ex textu in cap. Cum tu. de usura, & oc-  
casione præbet plura latrocina committendi: ergo est illi-  
cita, & inutilis.

4. Et quidem, si absque villa causa remissio fieret, admis-  
tum, illicitam esse, in quo sensu credo, Bannes, & Sotus fuisse locu-  
tos, valida tamen esset, si ex bonis ecclesiasticis, vel temporalis  
bus ad dictionem Pontificis pertinentibus fieret: quia horum  
distributio ipsi, ut pro supremo gubernatori, competit. Qui-  
ppe in omni bona, quorum dominus non compareat, vel poll-  
dens succedit: vel saltem res publica, quæ suo gubernatori tra-  
dit potest, ea pro suo arbitrio distribuendi. Secunda veò  
videatur dicendum, si absque villa fieret remissio debiti tem-  
poralis, quod non est sub dictione Pontificis, vel Regis: quia el-  
let remissio debiti contra voluntatem domini, qui non est  
Pontifex, nec Rex Hispanus, sed alia res publica, illiusque gu-  
bernator. Quod intelligendum est cauila, quo res publica domi-  
na sit bonorum incertorum, & non ipse retinet.

Verum in prædicti hæc omnia cessant, cum manifestissi-  
mum, causam huius remissionis legitimam esse. Etenim fide-  
lium conscientia ære alieno grauare, & ob hanc causam diffi-  
cillime